



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Illvstri Regi Vngariae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

Romani Pontificis Lib. I.

5

gravatum, & tam in temporalibus quam in spiritualibus non modicum imminutum, impendere procurasti, multa fui-
mus exultatione repleti, & solicitudinem tuam magnis in Domino laudibus com-
mendantes, quam & ipsius Abbatis nuncius in praesentia dilectorum filiorum P.
tituli sanctæ Cæciliae Presbyteri & G.
sanctorum Cosmae & Damiani Diaconi
Cardinalium, quos ei concessimus audi-
tores, laudabiliter commendabat, asser-
rens tamen quod idem Abbas contra
ordinationem tuam in nullo venerat,
aut venire volebat. Nos igitur ratum ha-
bentes & firmum quod circa quasi des-
peratam curationem supradiicti monaste-
rij à te laudabiliter statutum esse dignos-
citur, praesentium tibi auctoritate man-
damus, quatenus constitutionem in eo-
dem monasterio per tuam prudentiam
factam irrefragabiliter facias observari,
contradictores, sicut expedire videris,
ecclesiastica censura compescens. Ve-
rūm quia præfatum monasterium de ne-
gligentia & gravi culpa præsidentis Ab-
batis ad horribilem diminutionem &
inopiam affterit devolutum, ut omnis
occasio scandalorum tollatur de medio,
& locus ille recepto peroptato refor-
matiōis solatio valeat aliquando respira-
re, volumus atque mandamus ut si præ-
dictus Abbas, sicut tuis literis intimasti,
ordinationem tuam impedivit aliquatenus,
vel turbavit, prælertim cum ma-
nifeste sit de dilapidatione suspectus ac
etiam infamatus, eum usque ad perso-
lationem debiti à monasterio ipso loca-
liter & ab ipsius administratione amo-
veas, & in cella quæ est Padua, facias in
necessitatibus provideri. Quod utique si
ipse adimplere fortè contempserit, eum
ad id omni contradictione, appellatio-
ne, & excusatione cessante, per censuram
ecclesiasticam auctoritate nostra com-
pellas. Dextrariis autem, & aliis equis,
quos idem Abbas habere dignoscitur, in
manibus tuis receptis, & venalitati sup-
positis, ut de illorum precio pars debiti,
prout expedit, persolvatur. Præterea
noveris ad nostram audientiam perve-
nisse quod postquam N. monachus praes-
entium lator ad Romanam Ecclesiam
iter arripuit veniendi, prætaxatus Ab-
bas in contemptum apostolica sedis &
nostrum, eum officio beneficiumque pro
sua voluntate suspendit, & administratio-
ne, quam habebat in cella quæ est apud

Ferrariam, eundem sua temeritate pri-
vavit. Quod utique grave admodum &
molestem ferentes, fraternitati tuae per
praesentia scripta mandamus, quatenus,
si verum est quod afferitur, officium, &
beneficium, necnon & administratio-
nem, quam idem monachus prius nosci-
tur habuisse, illi auctoritate nostra re-
stituas, & facias pacifica possessione gau-
dere. In expensis etiam moderatis, quas
veniendo ad Romanam Ecclesiam feci-
se perpenditur, de bonis monasterij ei-
dem facias provideri. Datum Laterani
iiij. Nonas Februarij.

ILLVSTRI REGI VNGARIAE.

E Am de serenitate regia fiduciam
obtinemus, ut quæ à nobis postulat,
justè posse credamus & honestè com-
pleri. Eapropter carissime in Christo fili
tuis precibus annuentes, monasterium
illud, quod B. quondam Comes de Bi-
chor adificare incepit, & morte præ-
ventus consummare non potuit, in lo-
cum tutiorem & magis idoneum trans-
ferendi, si de assensi diocesani Episcopi
fieri poterit, liberam tibi concedimus
auctoritate apostolica facultatem. Nulli
&c.

Epist. 9.
De transferen-
do monasterio
quod B. quon-
dam Comes de
Bichor adifica-
re incepit, ad
loca tutiora,

NOBILI VIRO A. DVCI.

L Icet universis liberum sit arbitri-
trium in vovendo, nec necessitas
in votis locum habeat, sed voluntas,
usque adeo tamen solutio necessaria est
post votum, ut sine propriæ salutis dis-
pendio alicui resilire non liceat ab his
quæ sponte ac solenniter repromisit.
Accepimus siquidem quod cum inclita
recordationis B. quondam Rex Vngar-
iae pater tuus ageret in extremis, & de
sua penitus convalescentia desperaret,
votum quo voverat Domino Hierosolymitan.
provinciam in forti manu &
brachio extento, corde tamen humili,
& humiliato spiritu, visitare, sub inter-
minatione maledictionis paternæ com-
misit tuæ fidei exequendum, & tu intel-
lecta pia voluntate parentis, assumptio
crucis signaculo, te id impleturum fine
dilatione qualibet promisisti. Verum eo-
dem patre tuo sublato de medio, cum
Hierosolymitanum inter te accipere si-
mulasses, assumptæ peregrinationis obli-
tus, quam contra inimicos crucis dirige-
re debueras, in fratrem tuum & regnum

Epist. 10.
De prosecu-
tione voti Regis
Vngarie patris
sui defuncti.

A iiij